7. Si come ancor imparaste da Epafra nostro diletto conseruo, ilquale è fedel ministro di Christo per voi.

Quemadmodum & didicistis ex Epaphra dilecto conseruo nostro, qui est fidus pro vobis minister Christi.

8. Et hacci ancor manifestata la vostra charità in Spirito.

Qui & exposuit nobis vestram dilectionẽ in Spiritu.

B 9. Per questo noi ancora dal dì che l'habbiamo vdito, non cessiamo di pregar per voi, e domandare à [Dio] che voi

Propterea & nos ex quo die audiuimus, nõ desinimus pro vobis orare, & poscere, vt impleamini agnitione vo-

lunta

luntatis eius, in omni sapientia & prudentia spirituali:

siate ripieni de la cognitione de la sua volontà, in ogni sapientia e prudentia spirituale:

Vt ambuletis dignè, Domino, vt per omnia placeatis, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in agnitionem Dei.

10. ‖ Accioche voi caminiate degnamente secondo'l Signore, ‖ in tutto quel che gli piace, * fruttificando in ogni opera buona, e crescendo ne la cognition di Dio,

Efes. 4. a 1
Filip 1. d 27
1. Thes. 2 c 12
* ò, per piacerli in tutto.

Omni robore corroborati, iuxta potentiã gloriæ illius, ad omnẽ tolerantiam ac patientiam cum gaudio:

11. Fortificati d'ogni forza, secondo la potentia de la sua gloria, ad ogni patientia e tolerantia con allegrezza:

1. Col. 1. a 5

Gratias agentes Patri, qui idoneos nos fecit ad participationem sortis Sanctorum in lumine.

12. Ringratiãdo il Padre che ci ha fatti habili ad esser partecipi de la sorte de Santi nel lume.

Qui eripuit nos à potestate tenebrarum, ac transtulit in regnũ Filij sibi dilecti.

13. Che ci ha liberati da la potestà de le tenebre, & hacci trasferiti nel regno ‖ del suo diletto Figliuolo:

Matt. 2. d 17
& 17. a 5
2. Pie. 1. d 17

Per quem habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum.

14. In cui habbiam la redentione per il suo sangue, cioè la rimession de peccati.

Qui est imago Dei inconspicui, primogenitus vniuersæ creaturæ:

15. ‖ Il quale è l'imagine di Dio inuisibile, primogenito innanzi ad ogni creatura:

Heb. 1. a 3

Quòd per illum creata sint omnia quæ in cælis sunt & quæ in terra, visibilia et inuisibilia, siue Throni siue dominatiões, siue Principatus, siue Potestates, omnia per illũ &

16. Percioche * in ‖ lui sono state create tutte le cose, quelle che [son] ne cieli, e quelle che [sono] in terra, le visibili: e l'inuisibili, ò siano Troni, ò Dominationi, ò Principati, ò Potestà, Tutte le cose son

*o, per.
Gio. 1. a 3

C

create per lui & à lui.

in illu creata sunt:

17. Et egli è innanzi à tutte le cose, e tutte consisteno in lui.

Et ipse est ante omnia, & omnia per illũ consistunt.

18. Et egli è il capo del corpo de la Chiesa: ilquale è il principio, ‖ il primogenito de morti: accioche sia egli quel che tenga il principato in tutte le cose.

1. Cor. 15. c 21
Apoc. 1. b 6

Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus ipse prĩmas tenens.

19. Percioche il beneplacito [del Padre] è stato ‖ che in lui habitasse ogni pienezza.

Gio. 1. b 14
Dison. 2. b 9

Quoniam in illo cõplacitum est Patri vniuersam plenitudinem inhabitare,

20. E per lui si riconciliassero tutte le cose à se: pacificando per il sangue de la sua croce, per lui medesimo, e le cose che sono in terra, e quelle che son ne cieli.

Et per eum reconciliare cuncta erga se, pacificatis per sanguinẽ crucis eius, per eundẽ, siue quæ in terra sunt siue quæ in cælis.

21. E voi che gia erauate alienati, e nimici con la mente ne le male opere,

Et vos qui quondam eratis abalienati, & inimici mente in operibus malis.

22. Egli v'ha hora riconciliati nel corpo de la sua carne per la morte, ‖ per renderui santi, & irreprehensibili, e senza colpa dinanzi à se:

Luc. 1. g 57
Efes. 5. a 4
1. Cor. 1. a 1
Tito. 2. c 11
Gio. 13. a 6

Nunc tamẽ reconciliauit in corpore carnis suæ per mortẽ: vt exhiberet vos Sanctos et irreprehẽsibiles, et inculpatos in conspectu suo:

23. ‖ Se però voi state ne la fede fondati e fermi, e senza muouerui da la speranza de l'Euãgelio, che voi hauete vdito, ilquale è stato predicato tra ogni creatura che è sotto'l cielo: delquale io Paulo son fatto ministro.

Siquidem permanetis in fide fundati ac stabiles, nec dimouemini à spe Euangelij, quod audistis: quod prædicatum est apud vniuersam creaturã quæ sub cælo est, cuius factus sum ego Paulus minister.

D 24. Io hora mi rallegro ne le

Nunc gaudeo super

afflict

afflictionibus meis pro vobis, & suppleo quod deerat afflictionũ Christi in carne mea pro corpore ipsius, quod est Ecclesia,

mie afflittioni per voi,e adempio le cose che *mancauo de le afflittioni di Christo ne la mia carne, per il suo corpo,che è la Chiesa:

*o, restano.

Cuius Ecclesiæ factus sum ego minister iuxta dispensationem Dei,quæ data est mihi in vos implendi sermonem Dei,

25. De laquale io son fatto ministro,secondo la dispensation di Dio,che m'è stata data verso voi, per adempier la parola di Dio.

Mysterium quod reconditum fuit à seculis & à generationibus:nunc autem patefactum est sanctis illius,

26. [Cioè]il misterio che[gia] fu nascosto fin da[tutti]i secoli e da la generationi : & hora è stato manifestato a i suoi Santi:

Rom.16.b 25
Efes.3.b 9
2.Tim.1.c 10
Tito.1.a 2
1.Pie.1.d 20

Quibus voluit Deus notũ facere quæ sint diuitiæ gloriæ mysterij huius inter Gentes, qui est Christus in vobis,spes gloriæ:

27. A i quali Iddio ha voluto far conoscere quali siano le ricchezze de la gloria di questo misterio tra i Gentili, che è Christo in voi, ‖ speranza de la gloria:

1.Tim 1.a 1

Quem nos annuntiamus,admonentes omnem hominem , & docentes omnem hominem in omni sapientia:vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu:

28. Ilqual noi annuntiamo, ammonendo ogni huomo, & insegnãdo ad ogni huomo in ogni sapientia:per rendere ogni huomo perfetto in Christo Iesu:

Ad quod etiam enitor,decertans secundum efficaciam eius, agẽtem in me per virtutem.

29. Nel che ancor m'affatico, combattendo secondo la sua efficacia,laquale opera potentemente in me.

Acquistatasi di nuouo beniuolenza, confortagli à non lasciarsi cadere de la perfetta dottrina Euangelica, à le Filosofiche astuzie, e Giudaiche fauole : ma riposarsi in Christo, onde con valorosissimo feruor d'animo

si riuolge

si riuolge contro à cotai dottori. Di nuouo mostra la virtù di Christo.

CAP. II.

A PErche io voglio che voi sappiate quanto gran * combattimento io habbi per voi, e per quelli che sono in Laodicea, e per tutti quelli che non hanno veduta la persona mia in carne.

Nam volo vos scire quantum sollicitudinem habeam de vobis, & his qui sunt Laodiciæ, & quotquot non viderunt faciem meam in carne.

* O, fatica, o trauaglio.

2. Accioche i lor cuori si consolino, essendo insieme congiunti in charità, e in tutte le ricchezze de la piena certezza de l'intelligentia, a la cognition del misterio di Dio e Padre e di Christo.

Vt consolationẽ accipiãt corda illorũ, quũ fuerint cõpacti in charitate, & in omnẽ opulentiã certæ persuasionis intelligentiæ, in agnitionẽ mysterij Dei & Patris, & Christi.

3. Nelquale son nascosti tutti i tesori de la sapientia e de la scientia.

In quo sunt omnes thesauri sapientiæ ac scientiæ reconditi.

4. E questo dico, accioche alcun non v'inganni con persuasione di parole.

Hoc autẽ dico, nequis vobis imponat probabilitate sermonis.

1. Cor. 5. a 3

5. Perche ‖ se bene io sono assente con la carne, nondimeno io son con voi con lo spirito, rallegrandomi, e vedendo il vostro ordine, e la fermezza de la vostra fede [la quale hauete] in Christo.

Etenim quãuis carne sim absens, tamen spiritu vobiscum sum gaudens ac videns vestrum ordinem, & soliditatem vestræ in Christum fidei.

6. Come dunque hauete riceuuto il Signor Iesu Christo, co si caminate in lui.

Quemadmodũ igitur accepistis Christũ Iesum Dominum, ita in eo ambulate.

B 7. Stando radicati & edificati in esso, e confermati ne la fede, si come v'è stato insegnato, ‖ abbondãdo in essa cõ

1. Cor. 1. a 5

Sic vt radices habeatis in illo fixas, & in illo superstruamini, cõfirmeminiq; per fidem sicut edocti estis, exuberantes

vantes in ea cum gratiarum actione.

Videte nequis sit qui vos deprædetur per philosophiam & inanem deceptionem, iuxta constitutionẽ hominũ, iuxta elemẽta mundi, et non iuxta Christum.

Quoniam in illo inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter.

Et estis in illo completi, qui est caput omnis Principatus ac Potestatis.

Per quem & circuncisi estis circuncisione quæ fit sine manibus, dũ exuistis corpus peccatorum carnis, per circuncisionem Christi.

Consepulti simul cũ illo per baptismum, in quo simul etiam cum illo resurrexistis per fidẽ operationis Dei, qui excitauit illũ ex mortuis.

Et vos quum essetis mortui, per delicta & per præputium carnis vestræ, simul cũ illo viuificauit, cõdonãs vobis omnia delicta.

Deleto quod aduersus nos erat chirographo, quod erat cõtrariũ nobis per decreta: & illud sustulit è medio, affixum cruci.

rendimento di gratie.

8. Auuertite che non sia alcun che faccia preda di voi per filosofia e vanno ingannamẽto, secõdo la *traditione de gli huomini, secondo gli elementi del mondo, e non secõdo Christo.

*ò, constitutione.

9. Percioche ‖ in lui habita tutta la pienezza de la diuinità corporalmente.

Dissop.1.c 19 Gio.1.b.14

10. E sete compiuti in lui, che è il capo d'ogni Principato e potestà.

11. Per ilquale sete ancora circoncisi d'vna ‖ circoncisione non fatta à mano, per lo spogliamento del corpo de peccati de la carne, [cioè] per la circoncision di Christo.

Rom.2.d19

12. ‖ Essendo sepolti insieme con lui per il Battesimo: nel quale ancor sete insieme risuscitati ‖ per la fede de l'operatione di Dio che lo risuscitò da morte.

Rom.6.a4 C

Efes.1.d 19

13. E ‖ voi che erauate morti ne i delitti, e nel preputio de la vostra carne, vi ha viuicati insieme con lui, perdonandoui tutti i peccati.

Efes.2.a1

14. ‖ Cancellãdo lo scritto che era contra di noi, * ne decreti ilqual ci era contrario: & hallo tolto del mezo, conficcandolo ne la croce.

Efes.2.c14 *c. de la legge.

Et

15. Et hauendo ſpogliati i principati e le poteſtà, gli ha meſsi * publicamente in ſpettacolo, trionfando di loro * in eſſa.

*ò, arditamente.
*ò, in ſe ſteſſo.

Expoliatoſq; Principatus ac poteſtates oſtentauit, palam triũphans de illis per ſemet ipſum.

16. Niuno dunque vi giudichi nel mangiare, ò nel bere, ò in parte di giorno di feſta, ò di nuoua luna, ò di ſabbati:

Nequis igitur vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei feſti, aut noniluniĳ, aut ſabbatorum,

17. Lequali coſe ſono ombra di quelle che doueuano venire, ma il corpo è di Chriſto.

Quæ ſunt vmbra rerum futurarum: corpus autem Chriſti.

Mat. 24. a 4
*ò, diſuij dal palio.
D

18. ‖ Niuno vi * toglia la palma, [cio è] volendo per humilità e religione d'angeli, entrando arrogantemente in quelle coſe ch'ei nõ ha vedute, vanamente gonfiato da la mente de la ſua carne.

Nequis vobis palmã interuertat data opera per humilitatem et ſuperſtitionem angelorũ, in ĳs quæ non vidit fa ſtuoſus incedens, fruſtra inflatus à mente carnis ſuæ,

19. E non ritenendo il capo, da cui eſſendo tutto'l corpo ſoſtentato, e congiunto inſieme per le coniunture e legamenti, creſce d'accreſcimento di Dio.

Nec obtinens caput, ex quo totũ corpus per commiſſuras & compagines ſubminiſtratum & cõpactum, augeſcit augmento Dei.

20. Se voi dunque ſete morti con Chriſto à gli elementi del mondo, perche vi laſciate voi gouernar con decreti, come ſe voi viueſte nel mondo?

Itaq; ſi mortui eſtis cum Chriſto ab elemẽtis mundi: quid quaſi viuentes in mundo, decretis tenemini?

21. Cioè,] Non toccare, non guſtare, non manggiare.

Ne tetigeris ne guſtaris, neque contrectaris.

22. Lequai tutte coſe ſene vanno in corruttione per l'vſo, [e ſon] ſecondo i precetti e dottrine de gli huomini.

Quæ omnia ipſe pereunt abuſu, iuxta præcepta & doctrinas hominum,

Quæ

Quæ verbotenus quidem habent speciem sapientiæ per superstitionē ac humilitatē animi, et læsionē corporis, nō per honorē aliquem ad expletionem carnis.

23. Lequali hanno ben forma di sapientia in * superstitione, & humilità d'animo, e disprezzamento del corpo, senz'honore alcuno à satietà de la carne.

* Gr. religione eletta, o trouata di propria volontà.

Essorta, che sprezzate le cose terrene, attendano à le celesti. Di poi nominatamente raconta alcuni vizij, innanzi à tutto raccomandando loro la carità, e'l profitto de la parola del Signore. Di poi instituisce tutto cio, che à vna famiglia Christiana si conuiene.

CAP. III.

Itaque si resurrexistis vnà cum Christo, superna quærite, vbi Christus est ad dexteram Dei sedens.

SE adunque voi sete risuscitati con Christo, cercate le cose di là su, doue Christo è à sedere a la destra di Dio. A

Superna curate, non terrestria.

2. Habbiate affettione a le cose che son su alto, [e] nō à quelle che son sopra la terra.

Siquidem emortui estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.

3. Imperoche voi sete morti, e la vostra vita è nascosta con Christo in Dio.

Quandocūque Christus manifestatus fuerit, vita nostra, tūc & vos cum illo manifestabimini in gloria.

4. Quando Christo, [che è] la nostra vita, apparirà, allora apparirete ancor voi con essolui in gloria.

Mortificate igitur membra vestra terrestria stuprum immunditiam, mollitiem cōcupiscentiam malam, et auaritiā, quæ est simulachrorum cultus.

5. ‖Mortificate dunque le vostre membra che sōn sopra la terra, la fornicatione, l'immōditia, la dissolutione, la mala concupiscentia, e l'auaritia, che è vn'idolatria. Efes. 5. a. 3

Ob quæ venire solet

6. Per lequali cose l'ira di

* o, disobbe dienti.

Dio viene sopra i figliuoli *de l'infedelità:

ira Dei in filios incredulitatis.

B 7. Ne lequali ancora voi gia caminaste, quando viueuate in esse.

Inter quos ambulabatis quondam, quum viueretis in his.

Rom. 6. a. 4 Efes. 4. f. 23 Heb. 12. a. 2 1. Pie. 2. a. 1 & . 4. a. 2

8. ‖ Ma hora ponete giu ancor voi tutte le cose, l'ira, lo sdegno, la malitia, la* maladicentia, il disonesto parlare da la vostra bocca.

* o, bestemmia.

Nunc autem deponite & vos omnia irã, indignationem, malitiam, maledicentiam, turpiloquentiam ab ore vestro.

9. Non mentite l'vno à l'altro, essẽdoui spogliati de l'huomo vecchio con le sue attioni.

Ne mẽtiamini alius aduersus alium, postea quàm exuistis veterem hominẽ cũ factu suis.

10. Et essendoui vestiti del nuouo, il qual si rinuoua *ne la cognitione, ‖ secondo l'imagine di colui che l'ha creato:

*o, a la. Gen. 1. d 26 & 5 a. 11 & 9. b. 6

Et induistis nouum, qui renouatur ad agnitionem & imaginem eius, qui condidit illum.

11. Doue non è Greco ne Giudeo, Circoncisione, ne Preputio, Barbaro, Scita, seruo, libero: ma Christo è il tutto in tutte le cose.

Vbi non est Græcus & Iudæus, Circũcisio & Præputium, Barbarus, Scytha, seruus, liber: sed omnia in omnibus Christus.

Efes. 6. b. 11

12. ‖ Siate dunque (come eletti di Dio, santi e diletti) vestiti * di viscere di misericordia, di benignità, d'humilità, di mansuetudine, di patientia.

*c. d'affettuosa cõpassione.

Sitis igitur induti, (tãquã electi Dei, sancti ac dilecti,) viscera miserationum, comitatem, modestiã, mãsuetudinem, lenitatem:

13. Sopportãdoui l'vn l'altro, e perdonandoui l'vno à l'altro: se alcun ha querela contr'alcuno: si come ancor Christo ha perdonato à voi, cosi [fate] voi parimente.

Sufferentes vos inuicem, & cõdonantes vobis mutuò, si quis aduersus aliquem habuerit querela: quẽadmodum & Christus cõdonauit vobis, ita et vos.

14. E sopra tutte queste cose [siate vestiti] di charità, che è il legame de la perfettione:

Super omnia autem hæc charitatẽ, quæ est vinculũ perfectionis.

Et pax

Et pax Dei palmam ferat in cordibus vestris, in quam & vocati estis in vno corpore, & grati sitis.

15. E la pace di Dio * porti la palma ne i vostri cuori, a laquale ancor sete chiamati in vn corpo: e siate grati.

*o, regni.

Sermo Christi inhabitet in vobis opulentè cũ omni sapientia Docenteque & cõmonete vos inuicem, cãtionibus, et laudibus, et cantilenis spiritualibus cũ gratia, canentes in corde vestro Domino.

16. La parola di Christo habiti in voi abbondantemente in ogni sapientia: insegnandoui & ammonendoui * voi stessi, con salmi, e * laudi, e canzoni spirituali, cantando con gratia nel cuor vostro al Signore.

*o, l'vn l'altro.

* Gr. hinni.

Et quicquid egeritis sermone aut facto, omnia in nomine Domini Iesu facite, gratias agentes Deo & Patri per illum.

17. ‖ E qualunque cosa voi facciate, o in detto, o in fatto, fate tutto nel nome del Signor Iesu, rendendo per lui gratie à Dio Padre.

1. Cor. 10. g. 31

Vxores, subditæ estote proprijs viris, sicuti conuenit, in Domino.

18. ‖ Voi moglij, siate sogget- te a i vostri mariti, come si cõuiene nel Signore.

Efes 5. c. 22

Viri, diligite vxores, & ne sitis amarulenti aduersus illas.

19. ‖ Voi mariti, amate le vostre moglij, e non siate amari verso esse.

1. Pie. 3. a. 1

D

Filij, obedite parentibus in omnibus: hoc enim bene placet Domino.

20. ‖ Voi figliuoli, obbedite a i vostri padri e madri in tutte le cose: percioche questo è grato al Signore.

Efes. 6. a. 1

Patres, ne prouocetis liberos vestros, ne despondeant animum.

21. Voi padri, non irritate i vostri figliuoli, accioche non si perdano d'animo.

Serui, obedite per omnia ijs qui domini sũt secundum carnem, nõ obsequijs ad oculũ exhibitis, tãquam hominibus placere studẽtes, sed cũ simplicitate cordis, timentes Deum.

22. ‖ Voi serui obbedite in tutte le cose a i vostri padroni carnali, non seruendo ad occhio, come per voler piacere à gli huomini: ma con semplicità di cuore, temendo Iddio.

Efes 6. a. 5
Tito. 2. c. 9
1. Pie. 2. c. 18

23. E qualunque cosa voi facciate, fatela di cuore, come al Signore, e non [come] à gli huomini:

Et quicquid feceritis, ex animo facite, tanquam Domino & non hominibus.

24. Sapendo che voi ne riceuerete dal Signore la ricompensa de l'heredità: percioche voi seruite al Signor Christo.

Scientes quòd à Domino recipietis mercedem hæreditatis: nam Domino Christo seruitis.

25. Ma chi opera ingiustamente, riportarà quello ch'egli hauerà ingiustamente operato: || e non s'ha rispetto [alcuno] di persone.

Cæterùm qui peccarit, reportabit peccatū suum, & non est personarum respectus.

Deut. 10 d. 17
Sapi. 6. b 8
Eccle. 35. b. 26
Rom. 2. b. 11
Gala 2. b. 6
Efes. 6. b. 9

26. Voi signori rendete quel che è giusto e ragioneuole a i [vostri] serui: sapendo che voi ancora hauete vn Signore ne cieli.

Vos domini, æquitatem, & æquabilitatē seruis exhibete, scientes quòd & vos habeatis Dominum in cælis.

Confortagli à constanza, à concordia, e à l'altre virtu, che conuengono à Christiani. Di poi ringraziagli de doni mandatigli, e aggiugne le salutazioni.

CAP. IIII.

A Siate assidui à l'oratione, vegliando in essa con rendimento di gratie,

Obsecrationi instate, vigilantes in ea cum gratiarum actione,

Lu 18. a. 1
1. Tes. 1 a. 17
Efes. 6 c. 18
2. Tes 3 a. 1

2. || Pregando insieme ancor per noi, che Iddio ci apra la porta de la parola, per parlare il misterio di Christo: (per il quale io sono etiādio legato.)

Orantes simul et pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostiū sermonis, vt loquamur mysteriū Christi, propter quod & vinctus sum:

3. Accioche io il manifesti nel modo che mi cōuien parlare.

Vt Manifestē illud, sicut oportet me loqui.

Efes. 5 d. 15

4. || Caminate sauiamēte verso quelli che son di fuore, ricuperando il tempo.

Sapienter ambulate erga extraneos, opportunitatem redimētes.

Sermo

Sermo vester semper cum gratia sit sale cõditus, vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere.

5. Il vostro parlare sia sempre con gratia, condito di sale, per sapere come vi bisogna rispondere à ciascuno.

De omnibus rebus meis certiores vos faciet Tychicus dilectus frater, & fidus minister, & conseruus in Domino:

B

6. Di tutte le cose mie vi farà intendere Tichico nostro amato fratello, e fedel ministro, e conseruo nel Signore:

Quem misi ad vos in hoc ipsum vt cognoscat quid agatis, & cõsoletur corda vestra,

7. Il quale io ho mandato à voi à questo proprio effetto, ch'egli intenda de l'esser vostro, e consoli i vostri cuori,

Vnà cum Onesimo fido & dilecto fratre, qui est ex vobis: de omnibus, vobis exponẽt, quæ hic agantur.

8. Insieme con ‖ Onesimo fedele e diletto fratello, che è de vostri: essi vi daranno notitia de le cose di qui.

Filem. b. 1

Salutat vos Aristarchus cõcaptiuus meus, & Marcus cõsobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata: si venerit ad vos, excipite eum:

9. Aristarco che è prigione insieme con meco, vi saluta, e [cosi fa] Marco cugino di Barnaba (di cui hauete riceuuto cõmessione: s'egli viene a voi, riceuetelo.)

Et Iesus qui vocatur Iustus: qui sunt ex Circuncisione: hi soli cooperarij sunt ad regnum Dei, qui fuere mihi solatio.

C

10. E Iesu che si chiama Iusto: iquali sono de la Circoncisione. Questi soli s'adoperano cõ meco per il regno di Dio, iquali mi sono stati [di] consolatione.

Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est seruus Christi, semper anxiè laborans pro vobis in precationibus, vt stetis pfecti & cõpleti in omni volũtate Dei.

11. Vi saluta Epafra seruo di Christo, il quale è de vostri: che combatte sempre per voi ne l'orationi, accioche voi stiate perfetti e compiuti in ogni volontà di Dio.

Testimonium enim

12. Certo io rendo testimoniã

za di lui ch'egli ha molto zelo per voi,e per quei che ſono in Laodicea,e per quei che ſono in Hierapoli.

illi perhibeo,quòd habeat multum ſtudiū pro vobis, & his,qui ſunt Laodiceæ,& his, qui Hierapoli.

D

2.Tim.4.c.21

13. Salutaui || Luca medico,diletto,e Dema.

Salutat vos Lucas medicus dilectus, & Demas.

14. Salutate i fratelli che ſono in Laodicea,e Ninfa,e la Chieſa che è in caſa ſua.

Salutate fratres qui ſūt Laodiceæ,et Nympham,et quæ in domo illius eſt congregatio.

15. E poi che queſta epiſtola ſarà ſtata letta da voi,fate ch'ella ſia letta ancor ne la Chieſa de Laodiceſi, e che ancor voi leggiate quella che * [viene] da Laodicea.

*o,è ſcritta.

Et quū recitata fuerit à vobis epiſtola, facite vt & in Laodicenſium Eccleſia recitetur,& eam quæ ſcripta eſt ex Laodicea,vt vos quoque legatis,

16. E dite ad Archippo,Guarda l'amminiſtratione che tu hai riceuuta nel Signore, accioche tu l'adempi.

Et dicite Archippo, Vide miniſteriū quod accepiſti in Domino, vt illud impleas.

17. La ſalutatione di mano di me Paulo.Ricordateui de miei legami. La gratia ſia con voi. Amen.

Salutatio,mea manu Pauli. Memores ſitis vinculorū meorū. Gratia vobiſcū. Amē.

Mandata da Roma per Tichico & Oneſimo.

Miſſa è Roma per Tychicū et Oneſimum.

EPISTOLA Pauli Apostoli ad Thessalonicenses prima.

LA PRIMA EPIstola di S. Paulo Apostolo a i Tessalonicesi.

Loda l'Apostolo i Thessalonicesi, che fra i grandissimi tumulti conseruando la lor fede (la quale haueano da l'Apostolo apparata) sincera e ferma, sieno fatti essempio agli altri.

CAP. I.

PAulus et Siluanus & Timotheus Ecclesiæ Thessalonicēsiū, in Deo Patre & Domino Iesu Christo: gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

PAulo e Siluano e Timoteo, a la Chiesa de Tessalonicesi, in Dio Padre e nel Signor Iesu Christo, gratia e pace à voi da Dio Padre nostro, e dal Signor Iesu Christo. A

Gratias agimus Deo semper de omnibus vobis, mentionem vestri faciētes in precibus nostris indesinenter:

2. ‖Noi rendiamo sempre gratie à Dio di tutti voi, ‖facendo mentione di voi ne le nostre orationi: 1. Tes. 1 a. 3 Filip 1. a. 3

Memores vestri propter opus fidei ac laborem charitatis, et quòd permansistis in spe Domini nostri Iesu Christi, coram Deo & Patre nostro:

3. Ricordandoci continuamē te di voi per l'opera de la fede, e per la fatica de la charità, e per la patientia de la speranza * del nostro Signor Iesu Christo, dinanzi al nostro Iddio e Padre. B * o, nel.

Sciētes, fratres dilecti, à Deo electionē vestrā:

4. Sapēdo, fratelli carissimi, la vostra elettione [esser] da Dio:

Quoniam Euangelium nostrū fuit erga vos, nō per sermonem solum, verumetiā per virtutē et per Spiritū

5. Conciosia che il nostro Euangelio non è stato verso di voi solamente in parole, ma etiandio in virtù, & in Spi-

rito ſanto,& in molta certezza:ſi come voi ſapete quali noi ſiamo ſtati tra voi, per amor voſtro.	*ſanctum,perq; certitudinem multam, quēadmodum noſtis quales fuerimus inter vos, veſtra cauſa.*
C 6. E voi ſete ſtati imitatori noſtri e del Signore, riceuendo la parola in molta tribulatione, con allegrezza di Spirito ſanto:	*Et vos imitatores noſtri facti fuiſtis,et Domini,recipiētes ſermonem cum afflictione multa,cū gaudio Spiritus ſancti.*
7. In tal modo che voi ſete ſtati eſempio à tutti i credenti [che ſon] ne la Macedonia e ne l'Acaia.	*Adeò vt fueritis exemplo omnibus credentibus in Macedonia & Achaia.*
D 8. Percioche da voi è riſonata la parola del Signore non ſolamente ne la Macedonia & Acaia,ma ancor in ogni luogo s'è ſparſa la fede voſtra che è verſo Iddio:in modo che nō ci è neceſſario dirne alcuna coſa.	*A vobis enim pertonuit ſermo Domini,nō ſolùm in Macedonia & Achaia, verumetiam in omni loco fides veſtra quæ eſt in Deum,dimanauit,vt non ſit nobis neceſſe loqui quicquam.*
9. Percioche eſsi raccontano di voi,quale entrata noi habbiamo hauuta à voi, e come voi vi ſete conuertiti da gl'idoli à Dio,per ſeruire à l'Iddio viuente e vero:	*Siquidem ipſi de vobis annunciant,qualē ingreſſum habuerimus ad vos, & quō cōuerſi fueritis ad Deū à ſimulachris,vt ſeruiretis Deo viuēti & veraci:*
10. E per aſpettar da i cieli il ſuo Figliuolo,il quale egli ha riſuſcitato da morte,[cioè] Ieſu,che ci libera da l'ira futura.	*Et expectaretis Filiū eius de cælis,quē excitauit à mortuis Ieſum, qui liberat nos ab ira ventura.*

Più ampiamente raconta hora la dottrina,che hauea data loro,non per lodarſi,ma eſſortagli à non partirſi da la fede e pietà,e à non muouerſi per l'autorità di coloro,che,e Chriſto,e gl'Apoſtoli perſeguitarono.

CAP. II.

NAm ipſi noſtis fratres, introitum noſtrum ad vos, quòd non fuerit inanis:

VOi ſteſsi ſapete ben, fratelli, che la noſtra entrata a voi non fu vana: A

Sed quòd antè malis afflicti & contumelijs affecti, quemadmodum ſcitis, Philippis audacter egerimus in Deo noſtro ad loquendum apud vos Euangelium Dei, in multo certamine.

2. Ma che hauendo noi prima patito, e riceuute de l'ingiurie ‖ in Filippi, come voi ſapete, pigliai ardire nel noſtro Iddio, d'annuntiare appreſſo di voi l'Euangelio di Dio con molto combattimento.

Fat. 16. c. 22

Siquidē exhortatio noſtra nō fuit ex impoſtura, neq; ex immunditia, neque cum dolo:

3. Perche la noſtra eſortatione non fu da inganno, ne da immonditia, ne con fraude:

Sed quemadmodum probati fueramus à Deo, vt nobis committeretur Euangelium, ita loquimur: non vt hominibus placentes, ſed Deo, qui probat corda noſtra.

4. Ma ſecondo che noi ſiamo ſtati approuati da Dio, per eſſerci cōmeſſo l'Euangelio, coſi parliamo: non come per piacere a gli huomini, ma a Dio, che proua i noſtri cuori.

Neque enim vnquā per ſermonem adulationis verſati ſumus, quemadmodum noſtis: nec per occaſionem auaritiæ, Deus eſt teſtis:

5. Conciofia che ne anco ſiamo mai ſtati in parole d'adulatione, ſi come voi ſapete, ne con occaſion d'auaritia, Iddio n'è teſtimonio:

Neque quærentes ex hominibus gloriā, nec à vobis, nec ab alijs:

6. Ne cercando gloria da gli huomini, ne da voi, ne da altri: B

Quum poſſemus in autoritate eſſe tanquā Apoſtoli Chriſti: ſed fuimus placidi in medio veſtri perinde acſi nutrix foueat ſuos filios.

7. Ancor che noi poteſsimo eſſere *di grauezza come Apoſtoli di Chriſto: ma ſiamo ſtati manſueti nel mezo di voi, come ſe vna nutrice nutricaſſe i ſuoi proprij figliuoli.

*o, in autorità.

Sic affectu propenſi

8. Eſſendoui coſi affettionati,

desiderauamo di cuore farui partecipi non solamente de l'Euangelio di Dio, ma ancor de le nostre proprie anime: percioche voi ci erauate carissimi.

in vos: animo cupiebamus impertire vobis non solùm Euangeliũ Dei, verumetiam nostras ipsorum animas, propterea quòd chari nobis facti estis.

9. Voi ben vi ricordate, fratelli, de la ‖ nostra fatica e sudore: conciosia che lauorando notte e giorno, per non grauare alcun di voi, habbiã predicato appresso di voi l'Euangelio di Dio.

Fat. 20 g. 34
1. Cor. 4. c. 12
2. Tess. 3. b. 8

Meministis enim fratres laboris nostri ac sudoris: noctè enim ac die opus facientes, ob id necui vestrum essemus oneri. prædicauimus apud vos Euangelium Dei.

10. Voi sete testimonij, e Iddio [ancora,] di quanto santamente, e giustamente, & irreprensibilmente habbiã conuersato tra voi che hauete creduto:

Vos autem testes estis & Deus, quàm sanctè & iustè & inculpatè vobiscum qui credebatis, versati fuerimus:

C 11. Si come voi sapete, che noi habbiamo ciascun di voi (come il padre i suoi proprij figliuoli) esortato,

Quemadmodum nostis, vt erga vnũquenque vestrũ, tanquam pater erga filios suos, fuerimus affecti,

12. E consolato, e * protestatoui ‖ che caminaste degnamente secondo Iddio, che v'ha chiamati al suo regno & a la [sua] gloria.

* o, ammonito.
Efes. 4. a. 1
Filip. 1. d. 27
Colos. 1. b. 10

Obsecrantes vos, & consolantes, & obtestantes, vt ambularetis dignè Deo, qui vocasset vos in suum regnum ac gloriam.

13. Per questo ancor noi rendiamo continuamente gratie a Dio, che quando voi riceueste la parola di Dio, che hauete vdita da noi, riceueste non parola d'huomini, ma parola di Dio, (come veramente è) laquale ancora opera in voi che credete.

Quapropter & nos gratias agimus Deo indesinẽter, quòd quũ acciperetis sermonem à nobis, quo Deum discebatis, accepistis non sermonem hominum, sed (sicut erat verè) sermonem Dei, qui & agit in vobis credentibus.

Vos

Vos enim imitatores facti estis, fratres, Ecclesiarum Dei quæ sunt in Iudæa, in Christo Iesu, quòd eadem passi sitis & vos à proprijs contribulibus, quemadmodũ & ipsi nos à Iudæis:

Qui vt & Dominum occiderunt Iesum, & proprios Prophetas, ita & nos persecuti sunt, & Deo non placẽt, & omnibus hominibus aduersantur,

Qui obsistunt nobis ne loquamur Gentibus, quò salui fiant, vt expleant sua peccata semper: peruenit autẽ in illos ira in finem.

Cæterùm nos, fratres, orbati vobis ad spatium temporis, aspectu, non corde, vehementius studuimus videre faciem vestram, cum multo desiderio.

Quapropter voluimus venire ad vos, (ego quidẽ Paulus,) & semel & iterum: & obstitit nobis satanas.

Nam quæ est nostra spes aut gaudium aut corona gloriationis? án-non & vos in conspectu Domini nostri Iesu Christi, in eius aduentu?

14. Imperoche voi, fratelli, sete fatti imitatori de le Chiese di Dio che sono ne la Giudea in Christo Iesu: percioche ancor voi hauete patito le medesime cose da quelli de la vostra propria gente, si come ancor *noi da i Giudei: *alt. essi.

15. I quali hauendo occiso il Signore Iesu, e i lor proprij Profeti, hanno perseguitato ancor noi, e non piacciono a Dio, e son contrarij a tutti gli huomini, D

16. Proibendoci il parlare a i Gentili, accioche si saluino, per colmare sempre i lor peccati: onde l'ira è venuta sopra essi infin a l'estremo.

17. Hor noi, fratelli, essendo priui di voi per vn poco di tempo con la presentia, non gia col cuore. ‖ tãto maggiormente ci siamo ingegnati con molto desiderio di veder la vostra faccia. Rom. 1. b. 11

18. Per il che siamo voluti venire a voi, certamente io Paulo & vna volta e due: ma satana ci ha impediti.

19. Perche quale è la nostra speranza, o allegrezza, ò corona di gloriatione? non sete ancor voi nel conspetto del nostro Signor Iesu Christo, ne la sua venuta?

Certa

20. Certamente voi sete la nostra gloria & allegrezza. *Vos enim estis gloria nostra & gaudium.*

Camina pur anchora ne la cominciata narrazione, per laquale pruoua il fauor suo verso loro, si per l'ambasciaria di Timotheo, si per le sue preghiere, le quai tutte cose tendono quà, che per le afflittioni scandalezati, non cadessero da Christo.

CAP. III.

A PEr laqual cosa, non potendo noi piu sostenere, ci parue bene * d'esser lasciati soli in Atene. *PRoinde quum non amplius ferremus, visum est nobis vt Athenis resideremus soli.*

*o, di rimaner.

Fat. 16. a. 1

2. E mandammo || Timoteo nostro fratello, e ministro di Dio, & aiutore de la nostra opera ne l'Euangelio di Christo, a confermarui, e cōsolarui de la nostra fede. *Ac misimus Timotheum fratrem nostrum, ac ministrum Dei, & adiutorem operis nostri in Euangelio Christi, vt cōfirmaret vos & cōsolaretur vos de fide nostra.*

3. Accioche alcun non si turbasse per queste tribulationi: perche voi medesimi sapete che noi siamo * posti a questo. *Ne quisquam turbaretur in afflictionibus his: nam ipsi nostis nos in hunc vsum positos esse.*

*o, deputati.

B 4. Percioche quando noi erauamo appresso di voi, vi predicemmo che noi doueuamo patir de l'afflittioni, come è auuenuto, e voi lo sapete. *Etenim quum apud vos essemus, prædicebamus vobis fore, vt afflictionē pateremur: quemadmodū & euenit, & nostis.*

5. Per questo ancor io non potendo piu sostenere, mandai a conoscer la vostra fede: accioche il tentatore non v'hauesse in qualche modo tentati, e la nostra fatica fusse diuenuta vana. *Quapropter & ego non amplius ferens, misi ad hoc, vt cognoscerem fidem vestram: ne quo pacto tentasset vos ille qui tentat, & inanis factus esset labor noster.*

6. Et essendo, poco fa, venuto Timoteo da voi a noi, & *Nuper autem quum venisset Timotheus ad*

nos à

nos à vobis, & annunciaſſet nobis fidem ac dilectionem veſtram, & quòd habeatis memoriam noſtri bonam ſemper deſiderãtes nos videre, quemadmodum nos quoque vos.

hauendoci date buone nuoue de la fede e charità voſtra, e che hauete ſempre buona memoria di noi, deſiderando vederci, come ancor noi voi:

Idcirco conſolationem accepimus fratres, per vos ſuper omni afflictione & neceſsitate noſtra, per veſtram fidem.

7. Per queſto, fratelli, noi habbiam riceuuta conſolatione in voi d'ogni noſtra tribulatione e neceſsità, per la voſtra fede. C

Quoniam nunc viuimus, ſi vos ſtatis in Domino.

8. Perche noi hora viuiamo, ſe voi ſtate ſaldi nel Signore.

Quam enim gratiarum actionem poſſumus Deo rependere de vobis, ſuper omni gaudio, quo gaudemus propter vos in conſpectu Dei noſtri?

9. E certo qual ringratiamento poſsiam noi rendere a Dio di voi, per tutta l'allegrezza di che noi ci rallegriamo per cõto voſtro nel conſpetto del noſtro Iddio?

Nocte ac die ſupra modum orantes vt videamus veſtrã faciẽ, & ſuppleamus quæ deſunt fidei veſtræ.

10. ‖ Pregando ſopra modo notte e giorno di veder la voſtra faccia, e ſupplir le coſe che mancano a la voſtra fede?

Rom. 1. b. 10. & 15. e. 23.

Ipſe verò Deus & Pater noſter, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus dirigat viam noſtram ad vos.

11. Hor eſſo Iddio e Padre noſtro, e il noſtro Signor Ieſu Chriſto dirizzi il noſtro camino à voi. D

Vos autem Dominus abũdantes & exuberãtes faciat mutua inter vos charitate, & in omnes, quemadmodum & nos in vos:

12. Il Signor vi riempia e faccia abbondar di charità l'vn verſo l'altro, e verſo tutti, ſi come ancor noi verſo voi:

Vt cõfirmet corda veſtra, irreprehenſibilia in ſanctimonia coram Deo & patre noſtro, in

13. ‖ Per confermare i voſtri cuori ſenza riprenſione in ſantità dinanzi al noſtro Iddio e

Diſot. 5. d. 23. 1. Cor. 1. a. 8

Padre,

Padre, a la venuta del nostro Signor Iesu Christo, con tutti i suoi Santi.

aduentu Domini nostri Iesu Christi cum omnibus Sanctis eius.

Qui nasce la seconda parte de la lettera, laquale conforta a piu l'un di che l'altro, ne la vera religione per purità di vita, innocenzia, e fraterna carità, profittare. Vieta dopo questo l'ozio e la curiosità: ne l'ultimo il contristarsi de morti fuor di misura, e disputa de la resurrezzione de corpi nostri.

CAP. IIII.

A QVanto al resto dũque, noi vi preghiamo, fratelli, & esortiamo nel Signor Iesu, che secondo hauete riceuuto da noi, come vi bisogna caminare e piacere a Dio, [cosi] abbondiate maggiormente.

QVod superest igitur fratres, rogamus vos, & adhortamur per Dominum Iesum, quemadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat vos versari & placere Deo, vt abundetis magis.

2. Voi sapete bene quai precetti v'habbiam dati per il Signor Iesu.

Nostis enim quæ præcepta dederimus vobis per Dominum Iesum.

Rom. 12. a. 2 Efes. 5. d 17 — 3. ‖ Percioche questa è la volontà di Dio, [cioè] la vostra santificatione: che voi v'astenjate de la fornicatione:

Hæc enim est voluntas Dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis à scortatione:

4. Che ciascun di voi sappia possedere il suo vaso con santificatione & honore:

Et sciat vnusquisque vestrũ suum vas possidere cum sanctificatione & honore:

5. Non con affetto di concupiscentia, come le genti che non conoscono Iddio.

Non cum affectu concupiscentiæ, quẽadmodum & Gentes quæ non nouerunt Deum.

1. Cor. 6. b. 8 — 6. ‖ Che niuno opprima, o inganni il suo fratello in alcuno affare: percioche il Signor fa vendetta di tutte queste cose, si come ancor da prima vi

B

Ne quis opprimat ac fraudet in negotio fratrem suum: propterea quòd vltor est Dominus de omnibus his, quemadmodũ & antè diximus

diximus vobis, ac testati sumus.

Non enim vocauit nos Deus immunditiæ causa, sed ad sanctificationem.

Proinde qui hæc spernit, non spernit hominem sed Deũ, qui dedit Spiritum suum sanctum in vos.

Caterùm de fraterna charitate, non necesse habetis vt scribam vobis: ipsi nanque diuinitus docti estis, vt diligatis vos inuicem.

Nam & facitis hoc erga cunctos fratres, qui sunt in tota Macedonia, obsecramus autem vos fratres, vt abundetis magis.

Et in hoc incumbatis vt quieti sitis, & agatis res proprias, & operemini proprijs manibus vestris: sicuti vobis præcepimus:

Vt vos geratis honestè erga extraneos: & nulla re vobis sit opus.

Cæterùm nolo vos ignorare fratres, de ijs qui obdormierunt, ne doleatis, quemadmodum & cæteri non habentes spem.

Nã si credimus quòd

dicemmo e testificammo.

7. ‖ Imperoche Iddio non ci ha chiamati a l'immonditia, ma a la santificatione.

8. Pertanto chi [cio] * disprezza, non disprezza vn huomo, ma Iddio, che ha posto il suo Spirito santo in * voi.

9. Quanto poi a la charità fraterna, voi nõ hauete gia bisogno ch'io vene scriui: ‖ percioche voi stessi sete stati ammaestrati da Dio de l'amarui l'vn l'altro.

10. Conciosia cosa che voi fate il medesimo ancor verso tutti i fratelli che sono in tutta la Macedonia. Ma pur vi * preghiamo, fratelli, che abbondiate maggiormente.

11. E vi ‖ sforziate con ogni studio di star quieti, e di far le vostre faccende, e lauorar con le vostre proprie mani, si come noi v'habbiamo ordinato:

12. Accioche vi portiate honestamente verso quelli che son di fuore, e non habbiate bisogno di cosa alcuna.

13. Ne voglio, fratelli, che voi siate ignoranti di quelli che si sono addormiti, accioche voi non ven'attristiate, come [fanno] gli altri che non hanno [alcuna] speranza.

14. Perche se noi crediamo

che

1. Cor. 1. a. 2

*o, ricusa.

*al. noi.

Gio. 15. d. 34 & 15. b. 12 1. Gio. 2. b. 8 & 4. d. 21

C

*o, esfortiamo.

1. Tess. 3 b. 7

che Iesu sia morto e risuscitato, cosi ancor quelli che dormeno per Iesu, Iddio gli addurrà con esso lui.

Iesus mortuus est & resurrexit: sic et Deus eos, qui obdormierunt per Iesum, adducet cum illo.

D 15. Certo noi vi diciamo questo per la parola del Signore, ‖ che noi che viueremo, i quali saremo restati infino a la venuta del Signore, non andaremo innanzi a quelli che dormeno.

1. Cor. 15 c. 1

Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quòd nos qui viuemus & reliqui erimus in aduẽtum Domini, nequaquã praeueniemus eos qui dormiunt.

16. Percioche esso Signore con comandamẽto, con voce d'Arcangelo, e ‖ con la tromba di Dio scenderà di cielo: e quei che son morti in Christo risuscitaranno in prima:

Mat 24. c. 31
1. Cor. 15. g. 52

Quoniam ipse Dominus cum hortatu & voce archangeli ac tuba Dei, descendet de caelo, & mortui in Christo resurgent primùm:

17. Dipoi noi che viueremo, che saremo restati, saremo insieme cõ essi rapiti ne le nuuole incontro al Signore ne l'aria: e cosi saremo sempre col Signore.

Deinde nos qui viuemus, qui reliqui erimus, simul cum illis rapiemur in nubibus in occursum Domini in aëra: & sic semper cum Domino erimus.

18. Consolateui dunque l'vn l'altro con queste parole.

Proinde consolemini vos mutuò sermonibus his.

Tratta de l'incertezza de l'vltimo giorno e resurrezione, per laqual materia essorta a vigilãzia e sobrietà. Dipoi raccomanda i ministri de la Chiesa. Comanda che parimente, l'vn de l'altro tengano conto: insegna a far pruoua de le profezie, e prega Iddio per li fedeli.

CAP. V.

A QVanto a i tempi e momenti de tempi, voi non hauete bisogno, fratelli, che vi se ne scriua.

Porrò de tẽporibus & articulis temporum, fratres, non est opus vt vobis scribam.

Ipsi

Ipsi enim planè scitis quòd dies ille Domini, vt fur in nocte, ita venturus sit.

2. Conciosia che voi stessi sapete benissimo che || il giorno del Signore verrà come il ladro di notte.

Mat. 24. d 44
2. Pie 3. c 10
Apoc. 3. a 3 & 16. c 13

Quum enim dixerint, Pax, & tuta omnia: tunc repentinus eis imminet interitus, sicuti dolor partus mulieri prægnanti, nec effugient.

3. Perche quando diranno, Pace, e sicurezza, allor soprauerrà loro vna subbita morte, come il dolor del parto a la donna grauida, e non la scamparanno.

At vos fratres, non estis in tenebris, vt dies ille vos, tanquam fur, opprimat.

4. Ma voi fratelli, non sete in tenebre, si che quel giorno vi soprapprenda come vn ladro.

Omnes vos filij lucis estis, ac filij diei: non sumus noctis, neque tenebrarum.

5. Tutti voi sete figliuoli de la luce, e figliuoli del giorno: noi non siamo de la notte, ne de le tenebre.

Proinde ne dormiamus, sicut & cæteri, sed vigilemus, & sobrij simus.

6. Non dormiamo dunque come gli altri, ma vegliamo e siamo sobrij.

B

Nam qui dormiunt, nocte dormiunt: et qui inebriātur, noctu sunt ebrij.

7. Percioche quei che dormeno, dormeno di notte: e quei che s'inebriano, sono ebbri di notte.

At nos qui sumus diei, sobrij simus, induti thoracē fidei & charitatis: & pro galea spē salutis.

8. Ma noi che siamo del giorno, siamo sobrij, || vestiti * del pettoral de la fede e de la charità, & [habbiamo] per elmo, la speranza de la salute.

Iesa. 59. c 17
Efes. 6. c 17
* O, de la corazza.

Quoniam non cōstituit nos Deus, vt iram nobis concitemus, sed vt salutem consequamur per Dominum nostrū Iesum Christum.

9. Perche Iddio non ci ha constituiti à l'ira, ma à l'acquisto de la salute per il nostro Signor Iesu Christo.

Qui mortuus est pro

10. Ilquale è morto per noi,

accioche e se noi vegliamo, e se noi dormiamo, viuiamo insieme con lui.

nobis, vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus.

11. Per laqual cosa esortateui l'vn l'altro, & edificateui l'vn l'altro, si come ancor voi fate.

Quapropter adhortemini vos mutuò, & edificetis singuli singulos, sicut & facitis.

C 12. E vi preghiamo, fratelli, che conosciate quei che s'affaticano tra voi, e son constituiti sopra voi nel Signore, & ammonisconui.

Rogamus autē vos fratres, vt agnoscatis eos qui laborant inter vos, & qui præsunt vobis in Domino, & admonent vos.

13. E che gli habbiate in suppremo honore per charità, per cagion de l'opera che fanno: [e] state in pace * con esſi.

*al. fra voi.

Vt habeatis illos in summo pretio per charitatem, propter opus illorum: pacem habete cū illis.

14. Noi vi preghiamo ancora, fratelli, Ammonite quelli che son disordinati, consolate quelli che son di poco animo, * sostenete i debili, siate patienti verso tutti.

*ò, souuenite gl'infermi.

Obsecramus autem vos fratres, monete inordinatos, cōsolamini pusillanimes, subleuate infirmos, patientes estote erga oomnes.

15. ‖ Vedete che niuno renda mal per male ad alcuno, ma seguitate sempre il bene, e l'vn verso l'altro fra voi, e verso tutti.

Prou. 17. b 11 & 20. d 22 Matt. 5. f 39 Rom. 12. d 17. 1. Pie. 3. b 9

Videte ne quis malū pro malo cuipiam reddat, sed semper quod bonum est sectemini, tū erga vos inuicem, tum erga omnes.

16. State sempre allegri.

Semper gaudete.

17. ‖ Fate continuamente oratione.

Eccles. 18. c 1 Lu. 18. a 1 Colos. 4. a 5

Indesinenter orate.

18. Rendete gratie in ogni cosa: percioche questa è la volontà di Dio per Christo Iesu verso voi.

In omnibus gratias agite: Hac enim est voluntas Dei per Christū Iesum erga vos.

19. Non estinguete * lo Spirito.

*c. il dono de lo Spirito.

Spiritū ne extinguatis.

Pro

Prophetias ne aspernemini.	20. Non disprezzate le Profetie.	
Omnia probate: quod bonum fuerit tenete.	21. Prouate tutte le cose, ritenete quel che è buono.	D
Ab omni specie mala abstinete.	22. Asteneteui da ogni * sorte di male.	*O, apparētia.
Ipse autē Deus pacis sanctificet vos totos: & integer vester spiritus, & anima & corpus, (ita vt in nullo possitis culpari) in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur.	23. Et esso Iddio de la pace ‖ vi santifichi del tutto: onde lo spirito vostro, e l'anima, e'l corpo si conserui intero senza riprehensione ne la venuta del nostro Signor Iesu Christo.	*Di sot. 3. d 12* 1. Cor. 1. a 8
Fidelis est, qui vocauit vos, qui idem efficiet.	24. ‖ Fedele è colui che v'ha chiamati, il quale ancor lo farà.	1. Cor. 1. b 8
Fratres orate pro nobis.	25. Fratelli, pregate per noi.	
Salutate fratres omnes cum osculo sancto.	26. Salutate tutti i fratelli col santo bacio.	
Adiuro vos per Dominum, vt recitetur hæc epistola omnibus sanctis fratribus.	27. Io vi scongiuro per il Signore, che questa epistola si legga à tutti i santi fratelli.	
Gratia Domini nostri Iesu Christi sit vobiscum. Amen.	28. La gratia del nostro Signor Iesu Christo sia con essouoi. Amen.	
Ad Thessalonicenses prima scripta fuit ex Athenis.	La prima a i Tessalonicesi fu mandata da Atene.	

LA SECONDA Epistola di S. Paulo Apostolo a i Tessalonicesi.

EPISTOLA Pauli Apostoli ad Thessalonicenses secunda.

Primieramẽte loda la loro fede, per la quale ne i perĩcoli grauissimi stettero saldi: à cui per premio promette vita eterna. E al contrario minaccia à gli empij la dannatione, scriuendo parimente quella gloriosa venuta di Christo. CAP. I.

A PAVLO e Siluano e Timoteo a la Chiesa de Tessalonicesi in Dio Padre nostro, e nel Signor Iesu Christo.

PAulus et Siluanus ac Timothe⁹ Ecclesiæ Thessalonicensiũ in Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo:

2. Gratia e pace à voi da Dio padre nostro e dal Signor Iesu Christo.

Gratia sit vobis et pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo.

1. Tes. 1. a 2 *O, di.

3. ‖Noi debbiamo, fratelli, rẽder sempre gratie à Dio * per voi, come è giusto, che la vostra fede cresce grandemente, e la charitá di ciascun di voi tutti abbonda de l'vn verso l'altro:

Gratias agere debemus Deo semper de vobis, fratres, vt par est: quòd vehemẽter augescit fides vestra, & exuberat mutua vestra omnium charitas, cuiusque in alterum,

4. In tal modo che noi medesimi ci gloriamo di voi ne le Chiese di Dio, per la vostra patientia e fede in tutte le vostre persecutioni e tribulationi, lequali voi sostenete:

Adeò vt nosipsi de vobis gloriemur in Ecclesiis Dei de tollerãtia vestra & fide super omnibus persecutionibus vestris & afflictionibus quas sustinetis:

Docum

Documentum iusti iudicij Dei: in hoc vt digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini.

5. ‖ [Che sono] vn dimostramento del giusto giuditio di Dio, ne l'esser voi tenuti degni del regno di Dio, per ilquale ancor patite. Iuda.a 6

Siquidem iustũ est apud Deum, reddere ijs, qui affligunt vos, afflictionem:

6. Percioch'egli è giusto appresso Iddio rendere afflittione à quelli che v'affliggono:

Et vobis qui affligimini relaxationem nobiscum, quum reuelabitur Dominus Iesus de cælo, cum angelis potentiæ suæ,

7. Et à voi che sete afflitti, riposo insieme con noi, ‖ quando il Signor Iesu si manifestarà dal cielo con gli Angeli de la sua potentia, C 1. Tess.4. d 16

Cũ incendio flammæ: qui infligit vltionẽ ijs qui non nouerũt Deũ, & qui nõ obediũt Euangelio Domini nostri Iesu Christi.

8. In fuoco fiammeggiante: facẽdo vendetta di coloro che non conoscono Iddio, e non obbediscono à l'Euangelio del nostro Signor Iesu Christo.

Qui pœnam luent, interitum æternum, à facie Domini, et à gloria fortitudinis illius.

9. Iquali ne pagaranno la pena, [cioè] la morte eterna dinãzi a la faccia del Signore, e da la gloria de la sua potentia,

Quum venerit vt glorificetur in Sanctis suis, et admirãdus fiat in omnibus credentibus, quòd fides habita sit testimonio nostro erga vos in die illo.

10. Quando egli verrà à glorificarsi *ne suoi Santi, e farsi ammirabile in tutti i credenti, (per essere stato creduto il nostro testimonio verso di voi) in quel giorno. *ò, tra. D

Ad quod etiam oramus semper pro vobis, vt vos dignos habeat ista vocatione Deus noster, & cõpleat omne bonum propositum bonitatis, & opus fidei cum potentia:

